




Oratio.

DEUS, qui beáto Petro Apóstolo tuo, colláti clávis
Regni cælestis, ligándi atque solvéndi pontificium
tradidisti : concéde ut intercessiónis ejus auxílio ꝫ a pec-
catórum nostrórum néxibus liberémur : Qui vivis.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Communi Apostolorum.

Super Ps. 
Ant. 
viiij. toni. EGO plantávi, Apólló rigávit : De-us

autem increméntum de-dit, alle-lú-ia. Ps. Dixit

Dóminus Dómino me-o e u ó u a e.



Capitulum.

Ephes. 2.

JAM non estis hóspites et ádvenæ, sed estis cives sanctó-
rum et doméstici Dei ꝫ superædificáti super fundamén-
tum Apostolórum et Prophetárum : ipso summo angulári
lápide Christo Jesu.

Hymnus Aurea luce., ut in Festo sanctorum Apostolo-
rum Petri et Pauli, pag. 584.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℞. Et in fines
orbis terræ verba eórum.

Ad Magnif. 
Ant. 
j. toni. ISTI sunt du-æ o-lí-væ, et du-o